



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE ECCLESIA|| TRIVMPHANTE,|| TRIBVS LIBRIS|| EXPLICATA.||

Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>

Ingolstadii, [1599]

VD16 B 1607

Ordo Disputationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53909)

Ordo Disputationis.

HÆC Disputatio duodecim præcipuis
 questionibus continetur. *PRIMA*
 est de Sanctorum beatitudine, an
 Sanctorum anima Deum videant,
 & verè beatæ sint ante diem iudicij. Hæc enim
 questio fundamentum est omnium aliarum; nam
 idcirco ante Christi aduentum non ita coleban-
 tur neque inuocabantur spiritus Patriarcharum
 & Prophetarum, quemadmodum nunc *Aposto-*
los & Martyres colimus & inuocamus; quod illi
 adhuc inferni carceribus clausi detinerentur.

SECUNDA de canonizatione, quæ sequitur
 ordine suo primam illam de beatitudine. Postea-
 quam enim didicerimus, sanctos homines vita
 functos cum Deo beatos regnare, discendum erit,
 qui sint illi: quod quidem non aliunde certò scire
 possumus, quàm ex publico Ecclesiæ testimonio,
 quod canonizationem nunc appellamus.

TERTIA de cultu, ubi enim constiterit qui
 sint ij, qui inter beatos spiritus numerandi sunt,
 sequitur, ut queratur, an ij sint adorandi vllò ge-
 nere adorationis.

QUARTA de inuocatione, quæ est eximium
 adorationis genus.

BBBbbb 5

QVINTA

QVINTA de reliquiis eorum, utrum vide-
licet non solum ipsi Sanctorum spiritus, sed etiam
corpora, seu ossa, & cineres, aliæque eorum reli-
quia veneranda sint.

SEXTA de imaginibus, an colenda sint, &
quo cultus genere.

SEPTIMA, VIII. IX. X. XI. & XII. de iis re-
bus, quibus non modò sanctis hominibus, sed etiã
toti cœlesti Hierusalem ab Ecclesia, quæ peregrin-
natur in terris, cultus debitus exhibetur, id est,
de Basilicis, de peregrinationibus, de vo-
tis, de vigiliis, de ieiuniis, de
festis.

